



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 73. An valeat Matrimonium initum cum impedimento, quod probabilis opinio dicit non esse impedimentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

Q. 73. An valeat Matrimonium initum cum impe- 527.  
 nente, quod probabilis opinio dicit non esse impedimen-  
 tum. P. §. 1. Causa Matrimonii est favorabilis,  
 Cap. fin. De sentent. & re judic. hinc censeri debet  
 validum, si probabile sit validum, vultque  
 Ecclesia favere Matrimonio, censendo illud va-  
 lidum, quoties juxta probabiles rationes con-  
 trarium est, Viva in propos. ab Inn. XI. damnatas,  
 cum eo DD. communiter.  
 § 2. Si probabilis opinio dicebat non esse 528.  
 impedimentum, Papa autem vel Episcopus po-  
 de declaret, aut testes convincant tum adfuisse  
 impedimentum; si fuerit questio Juris & talis  
 materia, in qua posset Ecclesia dispensare, Ma-  
 trimonium valet, quia pro tempore, quo con-  
 tahabatur, Ecclesia dispensabat, uti colligitur  
 in dictis hic n. 40. & l. 6. p. 1. à n. 112. & 117.  
 authenticis Carden. & Gorm. De Sacram. n. 321.  
 dispensatio ulterior est, quia lex non erat tum in  
 vigore recepta, ergo ipsa debebat censeri  
 non esse tum impedimentum. Si autem fuerit  
 error facti, v. g. quia putabatur non esse consan-  
 guinitas, cum tamen esset, plerique cum Gorm.  
 110. dicunt Matrimonium non valere, quia  
 secundum dicta l. 6. p. 1. n. 118. ubi non est er-  
 ror communis, sed privatus paucorum, Eccle-  
 sia quamvis posset, non supplet, nec dispensat:  
 dicunt tamen videri dicenda n. 535. Quod si  
 aliqua communitas falso putaret Trid. non  
 esse in sua Parochia promulgatum, atque ideo  
 absunt Matrimonia clandestinè, probabile  
 est, quia secundum dicta l. 6. p. 1. n.  
 11. error communis videtur esse sufficiens ti-  
 que ad tribuendum jus in ordine ad ita validè  
 trahendum, Gob. tr. 9. n. 377. & tr. 10. à n. 744.  
 Q. 74.

§. 3.



529. §. 3. Quamvis agatur de impedimento, in quo Ecclesia dispensare non potest, si Matrimonium sit initum secundum opinionem probabilem, certum videtur, quod Ecclesia habeat protestatem judicandi de valore vel invaliditate talis Matrimonii, quia sicuti similis contractus civilis certo continetur intra spharam jurisdictio-  
nis civilis, ita matrimonialis intra spharam ecclasticae; & ideo in consultatione circa Matrimonia infidelium respondit Urban. VIII. procedi posse secundum opiniones verè probabiles, & favorabiliores Barbaris, uti testantur Carden. & Gorm. n. 323.

530. Q. 74. Quid dicendum sit de illo, qui contrahit sciens vel dubitans de impedimento dirimente. R. §. 1. Si sit infidelis, seu nondum baptizatus, & impe-  
dimentum sit Juris ecclesiastici tantum, v. g. consanguinitatis vel affinitatis extra primum gradum, Matrimonium illorum post conver-  
sionem & Baptismum censeri debet validum, quia tempore infidelitatis non erant subjecti Ec-  
clesiae, ergo nec tenebantur ejus legibus. Aliud est, si impedimentum fuisset Juris naturalis, und  
si fuissent consanguinei in primo gradu, tum enim Matrimonium nullum esset, quia lege na-  
turali tum obligabantur. Idem est, si fuisset Ju-  
ris divini, v. g. ligamen, tum enim sola prima uxor esset retinenda, quam solam validè duxi-  
set, Spor. n. 251.

531. §. 2. Si fidelis contrahat, certo putans ad-  
se impedimentum dirimens, quamvis tale non  
subsit, Silv. Ang. Nar. Sot. Cōn. Pont. I. 4. c. 23. Spor.  
n. 233. & alii dicunt contrahere invalidē, quia  
ita putans se tale impedimentum habere non  
potest absolutē & efficaciter consentire in Ma-  
trimonio.